

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorvm Libri Tres In Diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1545**

**VD16 C 4328**

V. Necessitas resistendi Sectarum nouitatibus, Scripta Nurenberge Anno  
1524. Sub Card. Campegio Legato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29563**

Duxiæ ad tollendum dissidium.

- IX. Agere item cum Argentinensibus, ne tot & tam variis  
Problemati & diuersos libros Lutheranos imprimi sinant, cum sit hoc  
Brunfelsij.
- X. Anno Impressus ibi libellus quidam expresse contra Quæ-  
tuor Euangelia. Admonere insuper Franckfordienses,  
ne posthac illos libros Lutheranos in nundinis suis uendi  
sinant, quia inde cumulatim in omnem Germaniam exposi-  
tantur bis per singulos annos. Scripta Romæ. Anno 1523.

MISCELLANEO:  
RVM LIBRI SECUNDI  
Tractatus Quintus.

NECESSITAS RESISTENDI  
Sectarum nouitatibus.

L  X lege diuina, Nam contra ius diuinum  
occupant bona Ecclesiastica, Leui. 27.  
Quicquid semel fuerit consecratum, san-  
ctum sanctorum erit domino. Secundo  
periculum est illis cohabitare. Nume. 16  
Recedite à tabernaculis impiorum homi-  
num, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuolumi-  
ni in peccatis eorum. Tertio, Tolerari non debent, Deut. 13.  
Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut  
filius tuus uel filia sive uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus  
quem diligis ut animam tuam, clam dicens. Eamus & ser-  
uiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, Non ac-  
quiescas ei nec audias, neq; parcat ei oculus tuus ut misereas  
ris &

ris & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum &c. Matth. 5. & 18. Si scandalizat te occlus tuus, erue eum, & proisce abs te. Quarto, Hostis Turcavinci non potest, hæresi durante, Ios. 2. ait dominus. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est de anathemate. Non ero ultra uobiscum, do nec conteras tis eum qui huius sceleris reus est, Quinto, Metuendum est, si tolerentur, ne per eos Deus deponat Principes nostros, si cut deposituit Saul regem, quod nō interficerat omnem Amalech. 1. Reg. 15. Pro eo quod abiecisti sermonem domini abiecit te Dominus, ne sis rex. Sexto, Oppriment reliquos Catholicos si non oppressi fuerint prius. Gal. 6. Quicunq; volunt placere in carne, hi cogunt uoscircumcidi, tantum ut crucis Christi persequitionem non patientur, ut glorian tur in carne uestra. Septimo, Alias quoq; Nationes inficiet libris & occultis prædicatoribus quos mittunt 2. Timot. 2. Multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Hæc magnopere consyderanda sunt. Deus enim non irridetur Gal. 6. Nec mentitur. Nume. 23.

Ex lege humana, Quia plurimæ sunt leges in Codice, II. multi Canones in Decretis, ubi præcipitur, ut exterminetur hæretici & puniantur, At nulli unquam fucre hæretici vel schismatici istis pertinaciores, magis impij & blasphemii, magis sacrilegi, magis feroce, inquieti & seditiosi. Nisi igitur statim compescantur, præualebunt & oppriment Catholicos. Quid enim habent, quod antea damnatum non sit in Iouinião, Heluidio, in Leonistis, Vuiclephistis & Hussitis? Non oportet itaq; expectare Concilium futurum.

Ex historijs. Quis fuit fœlicior & uictoriosior in bellis, III. quis liberis, honoribus, omnibusq; bonis fortunatior aut affluentior Theodosio Magno & Carolo magno? At isti acer

Gg rime

Necessitas Resistendi Sectarum Nouitatibus.

time pro fide contra hæreticos & infideles pugnauerunt, &  
inde meruerint de hostibus uictorias. Licit enim bellum ge-  
rerent contra hostes barbaros, Hunnos, Gotthos, &c. Inte-  
rim tñ & hæreticos legibus poenisq; coercebant, Qui uero  
id neglexerūt, ut Henricus III. & Vuenceslaus, regna pro  
pria perdidērūt, & cum perpetua infamia perierūt inglorij.

Scripta Nurenbergæ, Anno 1524.  
per Ioan. Cochlaeum.

# MISCELLANEO- RVM LIBRI SECUNDI Tractatus Sextus.

EPISTOLA IOAN. CO-  
chlæi ad R. D. Vilhelmu Episcopum Argen-  
tinensem, & Locum tenentem Mo-  
guntini Archiepiscopi.

S. P. D.



V M debita & reuerentia & obedientia,  
Reuerendissime dñe, Princeps obseruan-  
dis, mitto hic Reuerendiss. D. V. libellos  
tres, qui his diebus impressi sunt hic labo-  
re meo, non sane, quod ulla in eis sit erudi-  
tio, sed ut sint qualiscunq; occasio diligen-  
tius, quam hactenus factū est, cogitandi de periculosisima  
ista factione Lutherana. Nimium enim experti iam sumus  
quid Lutherani gelint, si possent. Poterunt aut, nisi religios  
se pro